Salue mi Vadiane, quem cum adeo doctum ac virum sciuerim, ut nemini
inter Heluetios cedas doctissimũ, cũ me tam fideliter institueris,
fidelissimũ preceptorem; cum nõ sis minus integer integerrimum,
debebam appellare, Sed qm tam fratre ad discessurũ scripseris nõ potui
te alio exordio compellare, atq; utinã (musis nõ iratis Dijsq; poetices
omnibus Deo quoq; Opt. Max. aspirantibus) eo doctrinarũ prouehar
ut tibi comphilosophus (quod te percupere ais) esse queam, hoc est
fratre tecum viuere teq; fratrem appellare liceat. Verum tametsi
(ad omnes eplę tuę partes quando non citius potuerim) respondebo
nõ spero me neosq; oẽs nepotes, quod tu nõ dubitas, doctrina unq̃
ęquaturos, Cum hoc dicis amore illo tuo constantissimo permotus,
preceptorem agis egregie, qui cupias discipulũ tuũ te longe interuallo
precedere, quem mille milliaris parasangis post te cũ reliquis ci-
tum relinques. Quod ad Eloquentiam et illam promptã narrationis
copiã, tua namq; hęc verba repeto, pertineat me sępe a te monitũ
esse profiteris, Ego certe quid monueris amatissime preceptor,
adeo nõ memoria teneo, ut te etiam nõ erubescam obsecrare quę dicta
nõ semel adhuc semel repetas et ad me prolixa epistola scribas
quid deploratissimi ingenij homuncioni, ut promptę narrationis
copiam, ut Eloquentiam aliunde, utcunq; conuerram, faciendũ
sit. Mallos preceptor unice charissimus, primũ olim me in patria
fore q̃ ut a primo secundus et aliquo minor haberi deberem,
iterum atq; iterum me amas hoc est tuũ et Monosyllabũ tibi seruu-
lum esse compellis. Vellem itaq; ut ego quoq; inter claros olim viros
haberi mererer, nõ ut famam aliquãdiu de me vel circula circatu-
lorem excitarem, sed quo cũ Vadiano, simplicius, nec simplicius, sed
coniunctius, qui vix coniunctius queam, aliquantulũ, similis, nõ similis
nisi eiusdem nunc similitudine effectus, viuere possim.
Sed quid, q̃ illustrium artiũ rationem quasi grauitate oĩs eloquentia
mitatur, habendam esse ais, Quę sint illustres artes, si me amas,
amas aut q̃ qui maxime iterum longa Iliade prosequere.
Clareanum virum optimũ noĩe tuo salutaui, et quicquid posses
de te pollicitus sum. Rem quam tibi in itinere reuelaui adeo
celandam duxisti et si honestissimã ut versiculos quibus tam
paulo apertius lris meis crediderim, protinus exusseris et discerpseris,

B.I.G. Farbkarte #13

135a

Harpocratem nempe et Angeronam quandam et taciturnũ Pythagoræũ
hoc est etiã præceptorem vix dixerim quam fidũ agis. Vt ad te fre-
quenter scribam ꝑ imperas, scribam ego ad te ~~plus~~ sæpius q̃ iusseris
frequentissime. Budæo et Glareano me commendasti, nõ q̃ inclita
res necesse esse, sed magis ut amorem in me tuũ constantissimum
esse cognosceres. Atqui hic paruus quin potius nullus labor tibi erit ~~ut~~ ut
amorẽ vadiani in me constantissimũ esse persuadeas, Cognoui certe
eum ipsum tuũ in me amorem, sed nõ semel cognoui constantissimo
constantiorem et ardente ardentiorem esse, Ne meũ mihi somnium
ut aiunt quæso narres. Corporis etiam rationem me habere iubes
ne grauiter pericliter si leuiũ febricula corriperer, iã Medicũ referes
atq utinã quibus tu consulis nõ proletarius medicus si sint ægroti reconua-
lescant, si uero sani ne fiant ægroti. Sororis ducendæ conditione relictã
esse gaudebas Caniseus et ego fuissem sed serio etiã triumphassem
si tantus uir sororiũ referre voluisses, Potuisses certe si voluisses.
Parilaqueo sed nõ amoris tuũ hoc est uerbũ detineris, detinearis
oro ac foeliciter at non diu ut sis bellam, diuitem, honestam, frugi
sponsam ducas ut nuptias celebres et lætos hymenæos ut ex coniugi
quæcunq coniux futura est, liberos tollas te dignos qui te olim si nõ
omnibus aliquot tñ modis exprimant, referant, aut denique absoluant om-
ne(s) ... Grebeliorũ futurus sis, etiã nõ Grebelij gener, sororiusue
futurus in hoc te ... tuũ recreas; Et uis nõ esse nõ nostri nomi-
nis Grebeliani quasi magni nominis amicus, Amicũ ages agesq
cum diris fatis uetantibus, Generum, aut sororiũ nõ liceat. Animam
tibi cui iamdudum debui oĩa, debeo qm̃ promiseris te sippellectilem
meam librariam Viennæ relictam, cũ tua ad Heluetios usq misserum
sicq ingentibus beneficijs me onerando fratrem et aus in me voluntatem
ostendis, et si mauis paternam. Post hæc mellitissime Præceptor an me
nõ belle hortatus es, an me nõ æternũ fidelissime doces? tũ me virtuti
et bonis studijs donec a patria absim adeo incũbere iubes, ut si tũ dulces
parentes reuisarme sim et bonis moribus et lrĩs uacuus, ut sit Homericum
illud Foedum est, et mansisse diu, uacuumq rediisse in me iure ab aliquo
torqueri possit. Obsequar per Iouem Lapidem, ne unq in me diligentia
deerit, Modo Ingenium et Musæ quas apertas esse Ianuas adagio dicunt
supplici et misello hominculo non defutura sint. Adeo nõ male et patri
ne consulis ut resciam an pater tam bene consulem in rebus suis egerit.

Primũ Cracouiã, deinde uero illã tuã Viennã Pannonię si doctos uiros
spectes, multo illustriorem petes, Dij rogo tuos interim incolumes
et sponsam incolumem seruent Te quoq illæsum et incitatum
patriæ tuæ nõ inuideant atq foeliciter reddant. Cracouiã et
Viennã Pannonię, illam illã Sarmatię ciuitate suæ metropolim
illam uises propter frẽs et affines, hanc propter doctos uiros et opti-
mos tuos libros ad Bibliothecam remisses, interim nusq nunq ...
a te Conradus tuus aberit, Hoc quoq dũ polliceris et amicos
meos Viennæ salutaturum nihil nõ polliceris et nimirũ nihil nõ
facies. Sororibus munuscula missurũ spondebas, misisti nimirum
et donasti, ut nemine in eo ... mei nominis, multis beneficijs
oneres, et honores, atq adeo te geras ut planè ignorem quem post
Deum Opt. Max, post piẽtissimos parentes, te cuiusq magis amare,
obseruare denique debeã, neminẽ certe. Poeticæ tuæ, nõ frigidæ lau-
dandæ laterum exemplar cũ Tiguri ... aureas illas tuas
lrãs expectarem, ea conditione misisti, ut cum perlegissem con-
perstrinxissem potius qui abiturus erã citius, aut Meconio uiro
planè docto integroq, Lucernęq suę claro lumini dono darem,
aut ipse retinerem. Retinui atq ideo retinui ex sñia etiã
Meconij ut Glareano et Budęo Lutetiã nactus, doctrinæ
tuæ magnũ abunde in illustrato Pomponio Mela testimonium,
obijcerem. Epistolę tuæ q̃ nõ cũ Croesi diuitijs commutarem
responsum est. Conditionis meę rationem audies. Glareano commoror
cuiusq sum et Corpulo et Auditor. Et in senatu quẽ more Romano
instituit, Scipio secundus sum et Leopoldus Grebelius Tertius Cato
hoc est Censor creatus est. Dictu mirũ est q̃ hilaribus multũ
... gestibus ... exceperit, q̃ te quoq amet obseruet
quem prius oderat despiciebat, q̃ pro te contendat palmã doctrinæ
tibi dando, Hæc certe pugna pugnatur a Leopoldo ut credã eum
mutato animũ quoq mutatum esse. Quid nomine meo te facere
uelim q̃ satis garritum sit, accipe. Clinomo meo ad viennã reuersus
conditionem meam ut retegas dicasq satis honestã esse, et ipse
quas ad tũ ~~misi ep~~ ... dedi lrãs ondet, Deinde si quid pecuniæ
a Quæstore Cæsarei Aerarij mihi datum est, Clinomo committes
ut ipse in suũ usum, accomodabo certe, si uelit uertat. Et si ad me
olim uenerit forsitan nõ repetã. Et si ad me scripturus es

hanc Episto. meā Cliuano exscribendā tradi, nolim enim eo habe-
re quod ad tuā epist: rescripserim; Hoc enim Archetypon ad te missum
est. Clareani Helvetij Budei aut Gallie decoris qui de te optime
sentiunt lr̄as accipe. Dialogū de Julio S. Pon. Maximo ab Erasmo
ut putant conscriptum, nihil noui preter q̄z hoc Lutetie erat, misi.
Cliuano ut lr̄e et Dialogus que dono reddantur. Si Georgius Hedingeri
ad te venerit Non pigeat me dicas applausisse manibus, tuā opem
curari volens expetit. Scribe ad me quoties poteris et quid moliaris
certiorem sed nō breui epistola redde. Parentes tuos noīe meo, Cives
qui me ut umbrā Corpus hoc est te sequentem honorarunt, presertim
presbyteros, Sorores tuas Fres Andreā [blot]llium frm̄ meū salutato
Lutetię ex Studorio meo Septimo Kalendas Nouembris Anno a partu
virgineo M D XVIII

Conradus Grebelius Tigurinus Helvetius, a pedibus Vadiani

Viro undecunq̄ humano
docto et integro Joachimo
Vadiano Poetae a Cesare co-
ronato, Oratori et Medico in-
signi preceptori suo exoscu-
latissimo et amico incom-
parabili

An i

Watt

zu 135

Viro doctissimo et integerri
mo, Medico et Poetę Laure
ato Joachimo Vadiano pre
ceptori meo longe charissi
mo